

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 148. Sessio VIII. subtractio obedientiæ decreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

gere parat, verum a Florentinis non sine Sæcul. XV.
ignominia depulsus est. A.C. 1409.

§. CXVIII.

*Sessio VIII, subtractione obedientiae de-
creta.*

Feria sexta die decima Maji habita est *Spicil. tom.*
Sessio ordine octava. Peracto per VI. p. 314.
Massiliensem Episcopum sacro solemni,
Promotor a Concilio declarari postulat,
unionem utriusque Collegii legitimam
æque ac necessariam fuisse, Concilium a
Cardinalibus ita conjunctis jure congregari potuisse, atque ad illud, utpote quod
universalem Ecclesiam repræsentaret, totius caussæ cognitionem devolvi, idque
quantum ad hoc negotium, nullum Superiorem nec alium præter semetipsum in
terrīs Judicem revereri. His Saresberiensis, & Ebroicensis Episcopi opponebant, utriusque Collegii unionem fieri non
posse, quamdiu Cardinales Benedicto adhærerent, eorumque plures in ejus fide
perseverarent, ceteris Gregorium pro vero Pontifice venerantibus, ideoque obedientiae subtractionem generatim esse decernendam. Nihilominus Patres Promotoris petito acquiescentes unionem utriusque Collegii legitimam, & Concilium canonice congregatum esse pronuntiant.

Sæcul. XV. tiant. Quo facto Patriarcha Alexandri-
A.C. 1409 nus unacum Episcopo Saresberiensi fug-
 gestum conscendens, auctoritate Concilii,
 insuperhabitibus duorum Episcoporum, sci-
 licet Angliæ & Germaniæ protestationi-
 bus, sententiam recitat, cuius summa
 hæc est: Non modo quemlibet posse, sed
 & teneri Gregorio & Benedicto obedien-
 tiam denegare, cum satis compertum ef-
 fet, eos viam cessionis, quam tamen ju-
 ramenti Religione promisissent, abhorre-
 re, atque artificiosis tergiversationibus
 eludere conari. Hanc sententiam Pro-
 motor ad acta publica referri postulabat,
 quod & impetravit. Sessio tamen, in qua
 decretorium contra hosce duos Competi-
 tores ferretur judicium, ad decimam se-
 ptimam Maji diem indicta fuit.

§. CXLIX.

*Sessio IX, subtractæ obedientiæ sen-
 tentia.*

Monach. S. Sessione nona, cum Episcopus Atreba-
Dionys. hist. tensis sacris operatus fuisset, Patriar-
Carol. VI. cha Alexandrinus consenso suggestu-
 publice, atque elatiōri voce prioris sessio-
 nis recitavit Decretum, vi cuius utrius-
 que de Papatu contendentis obsequio at-
 que obedientiæ renuntiatum est.

§. CL.